

NICOLAI VIGELII IV-
RISCONSULTI

PARTITIONES
IVRIS CIVILIS,
Digestorum suorum rationem
& ordinem breuiter de-
monstrantes.

I T E M:

TABVLAE MATERIAE EIVSDEM,
TOTIVS OPERIS DISPOSITIONEM
breuissimè & luculentissimè ob ocu-
losponentes.

ACCESIT

RUBRICARUM IVRIS CAESAREI ET
PONTIFICII: LEGVM ITEM ET PARAGRAPHORVM
omnium, toto hoc Digestorum Opere contentorum: necnon Rerum &
verborum in eodem præcipuè memorabilium,
sergeminus INDEX.



BASILEAE, EX OFFICINA
OPORINIANA.



VI longinquam & ignotam aliquam suscipiunt peregrinationem, solent, antequam iter ingrediantur, annotare ordine singulas regiones, ciuitates, oppida, pagos interdum, per quos sibi sit proficiendum. Quæ res non ad id solum prodest, ne facile à recta uia declinent: sed etiam, ut in medio itinere constituti, sciant quantum itineris confecerint, & quantum adhuc restet conficiendum, accedit tum recordatio eorum quæ quolibet loco digna cognitu uel uiderint uel audiuerint, tum cogitatio eorum quæ adhuc restant uidenda: quæ res plurimum itineris tædium leuant. Ad horum exemplum conuenit eos qui iuris studium suscipiunt, antequam illud ingrediantur, sibi annotare ordine locos qui in iure ciuili tractantur: ut illis summatim cognitis, quo studia sua dirigere debeant, præuidere possint. In cuius rei gratiam Partitiones hæc conscripsi, quibus quicumque in iure ciuili loci siue themata simplicia tractantur, breuiter annotaui, Digestorum meorum ordinem secutus. Ex his igitur tum ordo Digestorum meorum, tum ordinis ratio patet. quas qui diligenter perlegerit, plurimum in perlegendis libris iuris, præsertim uero meis Digestis, se adiutum sentiet. Incredibile est enim, quam profit ad singulorum cognitionem, prius uniuersorum dispositionem probè habere perspectam. Itaque hisce Partitionibus non contentus, tabulas eiusdem materiæ adieci, quæ quasi Geographia quædam uiam demonstrarent, atque dispositionem Digestorum meorum uniuersam ob oculos ponerent: ne quidquam eorum quæ ad facilem iuris cognitionem spectant, uidear prætermisisse.

NICOLAI VIGELII IURISCONSULTI PARTITIONES IV-
ris Civilis.

DE IVRE ET LEGIBUS. Cap. I.



IUS (ut Celsus definit) est ars boni et equi, à iustitia, cuius præcepta tradit, doctum. Ars autem est collectio et ordo præceptionum ad aliquem finem utilem vite. Iuris præcepta generalissima quidem tria numerantur:

Honestè vivere, Alterum non ledere, ius suum cuique tribuere. Specialia vero plurima sunt. Nam quot leges sunt, tot etiam sunt iuris præcepta. Leges autem propter utilitatem hominum feruntur. Cum vero utilitas hominum partim publicis sit, partim privata: evenit inde, ut et ius aliud publicum, aliud privatam vocetur. Publicum est, continet leges, quæ publicam respiciunt utilitatem: privata, leges privatam utilitatem respicienter complectitur. Ius itaque publicum tractat de legibus, de magistratibus, de iudicijs tam publicis quam privatis, de re ecclesiastica et religionis, de iure imperatoris et fisci, de re militari, de rebus civitatum, de mu-

PARS I.

LIB. I.

neribus, denique et honoribus, de quibus singulis Prima Digestorum meorum parte tractatur.

De legibus libro primo Digestorum meorum agitur, primam quidem in genere, deinde in specie. quid igitur ius sit, quid lex, et in quo differant, primo capite expositum est: hinc que sit iuris origo, exponitur cap. 2. capite tertio cause legum, officia et effectus enumerantur. capite 4. de legislatione agitur: quibus scilicet ius ferendi leges competat? de quibus leges ferende? item quomodo et qua forma ferende? Hinc de legum interpretatione ac supplementatione, capite 5. scilicet, Que sit ratio interpretandi et supplendi leges? Quibus ius illud interpretandi et extendendi leges competat: cum aliquot præceptis seu regulis, secundum quas interpretatio et extensio legum fieri debeat. Postea cap. 6. cavetur, ne ratio legum nimis superficialiter inquiratur: ne leges facile mutantur aut distinguantur: necnon de modo docendi iura: de iurisprudencia et iurisconsultis: de iustitia et iniustitia. Hic subijciuntur capite 7. exceptiones, quibus leges infirmantur. Et hæc quidem de legibus in genere. Postea capite 8. cum duobus capitibus sequentibus, de divisionibus et speciebus iuris legumque agitur: primam quidem, quod ius aliud publicum sit, aliud privatam: de qua iuris divisione antea quoque dictum est. deinde, quod ius aliud naturale sit, aliud gentium, aliud civile. tertio, quod aliud personarum sit, aliud rerum, aliud actionum. Quid autem sit ius naturale, gentium et civile: item que sint cuiusque generis species, que propria, que differentie, d. capite 8. expositum est. Cumque ius civile partim scriptam sit, partim non scriptam: de hoc quoque d. capite 8. de illa vero capite 9. actum. Cumque rescripta principum iuris auctoritatem obtineant, que per supplicationes impe-

trari solent: de rescriptis illis et supplicationibus tractatur cap. 10. Hæc de iure et legibus.

DE MAGISTRATIBUS, eorumque ministris. Cap. II.

Legum autem custos et iudex est magistratus: cuius iura, eorumque ministrorum, exponantur libro secundo Digestorum meorum, primam quidem ipsius magistratus, deinde eius ministrorum. Magistratus autem iura proponuntur primam quidem in genere: hinc in specie. In generali tractatu agitur de magistratibus ordinandis, deque annontis et sportulis magistratum et iudicum, cap. videlicet primo. Vbi qui et quales, necnon et à quibus ordinandi sint, differuntur: item antecedentia, adiuncta et consequentia ordinationem enumerantur. Hinc capite 2. magistratus officia exponuntur. Quod si contra officium magistratus aliquid gesserit: quibus actionibus teneatur, queque illarum actionum sit natura, definitur capite 3. Postea capite 4. de iurisdictione: hinc de dignitate et reliquo iure magistratus agitur capite 5. Sed et species enumerantur, atque origo magistratum Romanorum, necnon de iurisconsultis exponitur capite 6. Et hæc quidem de magistratibus in genere. In specie autem agitur de iis, de imperatore quidem capite 7. De senatoribus et consularibus, capite 8. De consulibus, capite 9. De præfectis prætorio, capite 10. De præfecto urbi, capite 11. De questore, capite 12. De prætoribus, capite 13. De præfecto vigilum et ædilibus, capite 14. De proconsule eiusque legato, capite 15. De præfide provincie, capite 16. Postremo de magistratibus certarum provinciarum, capite 17. Hæc de magistratibus tam in genere, quam in specie. De vicarijs eorum, apparitoribus et ministris magistratum, necnon iudicum, tractatur libro eodem, primam quidem in genere, capite 18. in specie vero, cap. 19.


LIB. II.

DE IUDICIIS PUBLICIS. Cap. III.

Post magistratum iura tractatur de iudicijs, quorum alia publica dicuntur, alia privata. De publicis iudicijs in genere: quidem agitur lib. 3. Digestorum meorum: in specie vero libro 4. Generalis tractatus continet quatuordecim locos publicorum iudiciorum: Definitionem scilicet, Divisionem, Species, Proprium: item, Quibus competant, Adversus quos. Per quos, Vbi et apud quem, Quando et quamdiu: item adsumma remedia. qui decem loci tractantur d. libro 3. capite 1. Undecimus locus complectitur casus publicorum iudiciorum, eorumque exceptiones: de quibus agitur capite 2. Duodecimus locus est de eo quod venit in iudicia publica, seu de pænis: quorum ratio

LIB. III.

TABVLAE RATIONEM ET ORDINEM DIGESTORVM NICOLAI VIGELII I. C. demonstrantes.



**RUBRICARVM IVRIS CAESARIS
REI ET PONTIFICII
INDEX.**

Nota numerum praecedens, significat librum, hoc pacto: I. Institutionum: ff. Pandectarum seu Digestorum: C. Codicis: A. Authenticorum: F. Feudorum: D. Decretalium: S. Sexti Decretalium: Cl. Clementinarum: V. Vigelij Digestorum.

Prior numerus ad librum, posterior ad titulum, uel ad caput, in Vigelianis scilicet, refertur: ut, C. 9. 42. id est, Codicis libri noni titulus quadragesimus secundus. A. 3. 7. id est, Authenticorum libri tertij seu collationis tertiae titulus septimus. V. 34. 3. id est, Vigelij Digestorum libri uicesimi-quarti caput tertium.

A.



Abolitio, ff. 47. 14 C. 9. 37 C. V. 47. 11.
abolitionibus, C. 9. 43 C. V. 3. 11.
Acceptilatione, ff. 46. 4.
acceptilationibus, C. 8. 44 C. V. 48. 13.
accusationibus C. inscriptionibus, ff. 48. 2 C. 9. 3 C. V. 2. 1.
accusationibus, inquisitionibus C. denunciationibus, D. 5. 1 C. 5. 1.
actione rerum amotarum, ff. 21. 2.
actionibus, l. 4. 6 C. V. 36. 4.
actionibus empti C. uenditi, ff. 19. 3 C. 4. 49 C. V. 42. 3 C. 42. 9.
actionibus C. obligationibus, ff. 44. 7 C. 4. 10.
actionibus hereditarijs, C. 4. 16.
actore a tutore seu curatore dando, C. 6. 1.
Ademptione legatorum, l. 2. 21.
ademptione libertatis, ff. 40. 6.
ad exhibendum, ff. 10. 4 C. 2. 41 C. V. 22. 10.
ad iudicia uel transferendis legatis uel fideicommissis, ff. 14. 4 C. V. 22. 8.
ad iuroribus quaestoris, A. 4. 14.
ad legem Aquilianam, ff. 9. 3 C. V. 46. 10.
ad legem Corneliam de falsis, C. 9. 22 C. V. 4. 8.
ad legem Corneliam de falsis, C. de S. C. Lib. ff. 48. 10.
ad legem Corn. de sicarijs, C. 9. 16.
ad legem Corn. de sicarijs C. ueneficis, ff. 48. 8 C. V. 4. 4.
ad legem Falciariam, ff. 11. 2 C. 6. 49 C. V. 34. 1.
ad legem Favianam de plag. ff. 48. 15 C. 9. 20 C. V. 4. 6.
ad legem Iuliam de adult. coercentis C. stupro, ff. 48. 3 C. 9. 9 C. V. 4. 7.
ad legem Iul. de ambitu, ff. 48. 14 C. 9. 16.
ad legem Iul. de annona, ff. 48. 12 C. V. 12. 12.
ad legem Iul. de ui priuata, ff. 48. 7 C. V. 4. 2.
ad legem Iul. de ui publica, ff. 48. 6 C. V. 4. 2.
ad legem Iul. de ui publica seu priuata, C. 9. 12.
ad legem Iul. maiestatis, ff. 48. 4 C. 9. 8 C. V. 4. 1.
ad legem Iul. peculatus, C. 9. 13 C. V. 47. 7.
ad legem Iul. repetundarum, ff. 48. 11 C. 9. 27 C. V. 2. 3.
ad legem Pomp. de parricid. ff. 48. 9 C. V. 4. 5.
ad legem Rhoetiam de iactu, ff. 14. 2 C. V. 41. 8.
ad legem Viselliam, C. 9. 21.
administrantibus officiis in sacris appellationibus, A. 2. 7.
administratione C. periculo tutorum C. curat. C. ff. 26. 7 C. V. 13. 3. 5.

administrat. rerum ad ciuitates pertinentiam, ff. 50. 8.
administratione rerum publicarum, C. 11. 20 C. V. 21. 5 C. 12. 7.
administrat. tutorum uel curat. C. pecunia pupill. scener. C. C. 5. 37.
administratoribus, A. 7. 7.
ad municipalem, C. ff. 50. 1 C. V. 11. 3.
adoptionibus, l. 1. 11 C. 8. 48 C. V. 16. 8.
adoptionibus C. emancipationibus, C. ff. 1. 7.
adquirenda C. retinenda possess. C. 7. 32.
adquirenda uel amitt. possess. ff. 42. 2 C. V. 33. 2. 4.
adquirenda uel omitt. hereditate, ff. 39. 2.
adquirendo rerum dominio, ff. 41. 1 C. V. 21. 1.
adquisitione per adrogatorem, l. 3. 11.
ad senatusconsultum Macedonianum, ff. 14. 6 C. 4. 28 C. V. 19. 2.
ad S. C. Orphicianum, C. 6. 16.
ad S. C. Tertullianum, C. 6. 35.
ad S. C. Tertullianum C. Orphicianum, ff. 18. 17.
ad S. C. Trebellianum, ff. 16. 1.
ad S. C. Turpilianum, C. 9. 45.
ad S. C. Turpilianum, C. de abolitionibus criminum, ff. 48. 16.
ad S. C. Velleianum, ff. 16. 1 C. 4. 29 C. V. 45. 6.
adsertione tollenda, C. 7. 17.
adsefforibus, C. domesticis C. cancellarijs iudicum, C. 1. 47 C. V. 3. 3.
adsignandis libertis, ff. 32. 4.
adsignatione libertorum, l. 3. 9.
adulterijs C. stupro, D. 5. 16.
aduocatis ductoribus iudiciorum, C. 1. 7 C. V. 2. 5.
aduocatis fisci, C. 1. 8 C. V. 11. 1.
Aedificijs priuatis, C. 8. 10 C. V. 12. 21.
aeditijs actionibus, C. 4. 38.
aeditio edicto, C. rehabilitatione, C. ff. 22. 1 C. V. 42. 4.
aequalitate dotis, C. propter nuptias donationis, C. 6. 7. 9.
aestimatoria, ff. 19. 3 C. V. 44. 2.
aetate C. qualitate C. ordine praeficiendorum, D. 1. 14 C. 5. 1. 10 C. 1. 6.
Agentibus in rebus, C. 12. 20.
agnoscendis uel alendis liberis, C. ff. 15. 1 C. V. 16. 7.
agricolis C. censitis C. colonis, C. 11. 47 C. V. 19. 14.
agricolis C. mancipijs dominicis, C. C. 11. 67 C. V. 11. 1.
Albo scribendo, ff. 50. 3.

A auctoribus,

BASILEAE, EX OFFICINA OPO-
RINIANA, PER BALTHASAREM HAN, ET
HIERONYMUM GEMVSEVM, Anno Sa-
lutis humanæ 1584, mense
Augusto.

